

facta per personas representantur, dictum a comós¹⁾, id est a villa in qua fiebant, sive a commessatione^{a) 2)}, quando recitabatur hoc carmen, vel a greco verbo como comis³⁾, id est orno ornas, eo quod comici ornate loquantur, quibus ob verborum lenitatem socci dabantur, horum opus Comedia dicitur; in qua sunt cēne, in cēna enim recitabatur hoc carmen. Est et Satyricum, quod communiter vicia reprehendit⁴⁾, detortum a satyris ridentibus, quia hoc carmine deteguntur vicia et deridentur, vel a saturitate, quia ibi de pluribus rebus agatur, vel a satyra scutella, que diversis frugum generibus plena deorum ferebatur in templa, vel a satyra lege romana⁵⁾, ubi per contrarium accipiuntur verba. Satyrici enim yronice laudant vituperanda et vituperant laudanda. Est et Liricum, quo ludi et potationes exprimuntur, dictum apud tu lirín⁶⁾, id est varietate, unde lira et delirus. Est et Apollogeticum^{b)}, id est excusatorium, quo quisque se excusat vel alium⁷⁾. Est et Panagilicum^{c)}, id est licenciosum⁸⁾, quod omnibus licitum fuit. Est et Epiticum, quo oracula et maxime Apollinis descripta sunt, a Phitone⁹⁾ serpente derivatum. Est et Epithalamum^{d)}, dictum quia super maritales lectos decantetur ut Canticum canticorum¹⁰⁾. Est et Trenos¹¹⁾, id est lamentabile carmen, quod in mortuorum recitabatur funeribus. Est et Epitaphium¹²⁾, id est carmen super tumulum, quo nomen professio sepulti mores obitus diesque adnotantur. Est et Eleiacum^{e) 13)}, id est miserabile carmen, dictum ab elegós¹⁴⁾, id est miseria, sive ab eleia^{f)} puella, que de suis amatoribus conquerens usa est. Est et Eroicum omnium gloriosissimum, dictum ab eroibus, id est aereis dignis cēlo

a) *lies* comissatione. b) *lies* Apologeticum. c) *lies* Panegyricum. d) *lies* Epithalamium. e) *lies* Elegiacum. f) *lies* eleica.

¹⁾ Gemeint ist ἡ κώμη; vgl. A. K ö r t e in Pauly-Wissowa, RE. 11, 1216 f.

²⁾ Vgl. auch Isidor. VIII, 7, 6.

³⁾ Gemeint ist wohl κούρω.

⁴⁾ Vgl. Isidor. VIII, 7, 7.

⁵⁾ Vgl. ebd. V, 16; XX, 2, 8.

⁶⁾ ἀπὸ τοῦ ληγεῖν, vgl. Isidor. VIII, 7, 4; der Verf. dachte aber wohl an δ πότος und ἡ λύγα.

⁷⁾ Vgl. Isidor. VI, 8, 6.

⁸⁾ Vgl. ebd. VI, 8, 7.

⁹⁾ Vgl. ebd. I, 39, 13.

¹⁰⁾ Vgl. ebd. I, 39, 18.

¹¹⁾ Θρῆνος; vgl. Isidor. I, 39, 19; VI, 19, 18.

¹²⁾ Vgl. Isidor. I, 39, 20.

¹³⁾ Vgl. ebd. I, 39, 14.

¹⁴⁾ ἔλεγος.